

petenda sit admissio, secundum c. *Cupientes*, De Elect. in 6. debet Capitulum post mensam a non recitata postulacione mittere Romanum, et modo, quo de electione dictum est an. 437. postulatque videri Pirh. a. n. 209. & Leur. g. 455. Postulatus autem prohibetur sui admissionem petere, Pass. c. 33. num. 43. debet tamen intra mensam declarare, an dissentiat sue postulacioni an non, c. *Quam sit*, De elect. in 6. non tenetur tamen positive consentire, cap. *Cupientes*, ibid. quavis, si non reculet, possit consentire sub conditione admissionis a Superiore, Pass. Vide Leur. g. 214. & segg.

443 §. 7. Postulatio dirigitur ad eum, cujus esset confirmare electionem, dummodo possit dispensare in impedimento, alioquin dirigitur ad dispensantem, ut tollat impedimentum, & dein ad confirmantem, nisi dispensans nullum haberet potestatem confirmandi, Laym. Pirh. Leur. g. 228. Non est tamen ex iustitia obligatio, ut admittat postulacionem, Host. Tond. Laym. Pass. Pirh. l. 1. r. 5. n. 15. contra Abb. Jo. Andr. & Lott. quod colligitur ex c. *Postulacionem*, & cap. 2. *Bona h. i.* ubi dicitur esse gratiam, si admittatur, etiam si quis per unanimitatem sit, non enim est obligatio dispensandi, cum nemo invitus de suo cogatur facere beneficium, cap. 4. *Præstatio*, 10. q. 2. quavis per accidens possit esse obligatio ex officio, caritative vel aliunde, Leur. g. 229.

449 §. 8. Si postulat admittere ante admissionem, postulatio est ipso iure nulla, quia nequidem dat jus ad rem, Inn. Abb. Laym. Tond. Pass. Lott. n. 201. Pirh. l. 1. t. 6. n. 302. Imo electores talem postulacionem recipientes sunt ipsa vice privati potestate eligendi & postulandi, Leur. g. 430. n. 5.

450 Q. 59. *Quid addendum sit circa possessionem?* Resp. De possessione multa diximus l. 3. p. 2. n. 507. qua videri debent: hic adde segg.

451 §. 1. Beneficium collatum & acceptatum dat plenum jus in re, ita ut si sic provisus moriatur ante possessionem captam, beneficium vacet per mortem, quia possessio non addit jus, sed tantum facit, ut jus sit efficax & competat potestas administrandi ac percipiendi fructus, *Rosa* de Ezech. lit. Apofl. p. 1. c. 6. n. 104. Vide Leur. p. 2. q. 442. & 800. Et quavis secundum dicta n. 432. electus per concordiam sepe habeat potestatem administrandi etiam ante confirmationem, tamen is, cui beneficium est collatum, debet, antequam administrare, præter collationem & investituram, habere possessionem, Laym. Lott. Leur. g. 801. nisi forte investitura ferret in loco beneficii, aut non esset liber accessus ad locum beneficii, Covar. Castrop. r. 13. d. 2. p. 32. an. 7.

452 §. 2. Quando in Ecclesia vel altari, ubi est beneficium, sit ejusmodi apprehensio possessoria, per eam insufficientem apprehenduntur omnia ad beneficium pertinentia, Covar. Castrop. Cor. Leur. g. 806. sicque etiam capitur possessio beneficii uniti, & Gonz. Lot. Leur. g. 807. potest autem possessio apprehendi etiam per procuratorem ad hoc specialiter deputatum, Paris. Caltr. Leur. g. 818. Et quavis tribuatur possessionem, tamen Lot. putat per insufflationem seu assignationem proprii stalli sufficienter tradi possessionem; hoc tamen non est verum, v. g. de electo, si ducatur ad stallum vel ad domum beneficii, quia cum possessio non possit capi ante confirmationem, talis ceremonia censeri non potest possessio. Vide Leur. g. 802.

453 §. 3. Post confirmationem, in institutionem, aut collationem, & investituram potest quis propria auctoritate capere possessionem, nisi alicubi effit praxis, ut per alium detur, Leur. g. 798. aut nisi alius possideret beneficium, tum enim hic possidens esset per executionem vel iudicem vocandus, Cap. Licet Episcopus, de Præb. in 6. Paris. Menoch. Leur. g. 809. Et sic qui obtinuit resignationem in forma dignam, debet citato resignante per executorum mitti in possessionem, potest tamen habens resignationem in forma gratiosa propria auctoritate possessionem capere, Paris. Garz. Luca. Vide Leur. g. 799. De cetero non ordinare ad Episcopum aut ejus Vicarium spectat mittere seu mandare provium mitti in possessionem.

454 §. 4. Possessio in beneficiis Cathedralibus & Collegiatis illarum Ecclesiarum debet tradi per Capitulum vel aliquem ad eum deputatum, si tamen id neglectum sit, satis est aliquem postea admissum esse ad alios actus Capitulares Lott. Luca. V. Leur. g. 808.

§. 5. Si beneficium habeat suam Ecclesiam vel altare, debet ibi capi possessio, per oculum altaris, vel in necessitate per ocularem inspectionem cum attestacione Notarii, Cor. n. 41. Quod si nesciatur Ecclesia vel altare beneficii, satis est apprehendere prædium beneficii, Lott. Vide Leur. g. 804. 805.

455 §. 6. Ite pendente non potest capi possessio beneficii, super quo lis est apud Iudicem introducta, si tamen tantum extrajudicialiter sit processum, potest capi. Vide Leur. g. 811.

456 §. 7. Si quis, etiam post signatam a Papa supplicam, attamen ante expeditionem litterarum, ceperit possessionem beneficii, non facit fructus suos, sed in conscientia tenetur restituere, etiam si nemo se opponat, estque talis possessor intrusus & perpetuo inhabilis, Conit. Julii III. Luca de Benef. d. 56. n. 2. V. Leur. g. 812. id tamen tenet tantum de provisus per Papam, & non per alios, Lott. Leur. g. 442. n. 5.

457 §. 8. Quavis ad acquirendam possessionem prærequiritur titulus, ne vitiosus sit ingressus, ideoque non possit electus capere possessionem ante confirmationem, nec præsentatus ante institutionem, Laym. Pirh. Leur. g. 434. tamen titulus non requiritur ad manutenendam possessionem, Paris. Lott. l. 3. g. 24. a. n. 6. Unde non expedit, ut possidens producat titulum, maxime si fit imperfectus, quia præsumeretur non adesse meliorem, sed satis ipsi est, quod possideat, & non constat de iure alterius, Paris. Lott. Excepit, nisi Superior inquireat, Abb.

Felin. Paris. l. 1. r. 14. n. 35. quod Lott. extendit etiam ad Patronum, aut etiam in curatis, ad quemvis parochianum, quia horum omnium interest, ne quis ejusmodi beneficia occupet sine titulo; non debent tamen iniuste inquirere, quod præsumeretur, si facerent post pacificam possessionem triennale, nec debent inquirere tanquam adversarii, sed tantum velut agentes ex officio suo, vel pro cautela, Paris. n. 38. Lott. Vide Leur. g. 816. Eo ipso tamen quod quis possideat beneficium, præsumitur titulus, Paris. Rebuff. Mascar. Gonz. Lott. & quavis impetrans probet unum titulum esse invalidum, & quavis impetrans probet unum titulum ad se supervenisse præsumitur alium valere, quia potest si quis probet esse melior, Tond. Lott. Leur. g. 823. Similiter si quis probet hodie possidere, præsumitur continuasse possessionem, Gl. Abb. hodie possidere, sit, si duo eadem die sint Paris. Leur. g. 824. Quid dicendum sit, si duo eadem die sint provisus, nec sciat quis prius, & neuter possideat, dicitur n. 488. Item an & quomodo per surrogacionem continuari possit possessio antecessoris, dicitur n. 577. & 546.

§. 9. De iure communi nullum capiendæ possessionis tempus præstatum, Boer. Paris. Tond. Leur. g. 818. exceptis beneficiis resignatis, saltem extra Curiam, quorum possessio capi debet intra tempus, quo fieri debet eorum publicatio, secundum dicenda n. 1071.

§. 10. Quomodo debeat probari possessio beneficii, præcipue ut ipsolatus restituatur, videtur potest Leur. g. 819. amittitur autem possessio per spontaneam, & puram resignationem a Superiore acceptatam: quid autem dicendum sit, si quis resignavit in favorem tertii, vel condicione, dicitur a n. 972. Item possessio amittitur per resignationem factam in manibus non habentis auctoritatem recipiendi, retinetur tamen proprietas, donec privetur, quia proprietas est quod spirituale; hinc de ea disponit locus Superior: possessio autem nihil habet spiritualitatis. Abb. Inn. Nav. Menoch. Paris. V. Leur. g. 821.

§. 11. Possessio data ab illo, qui potest conferre, habet vim collationis, si hac forte antea fuit ommissa vel irrita, Abb. Covar. Cor. Gonz. Lott. Leur. g. 822.

*Questio 60. An possit conferri, per, vel promitti Beneficium necdum vacans; aut saltem dari ejus expectativa?* R.

§. 1. Beneficium necdum vacans conferri non potest, cum enim titulus beneficii non possit dividi, sed necessario competat uni tantum, & quidem habenti, c. *Cum non ignores*, c. *Tus*, de præb. alium illum obtinere non potest, Laym. Caltr. Leur. p. 2. q. 787. n. 1. De presentatione, vide dicta n. 702.

§. 2. Episcopus non potest suo Vicario committere potestatem, vel considerandi certum beneficium antequam vacet; vel simul & communi admittendi resignationem, & conferendi beneficium resignatum, vel conferendi primum beneficium vacaturum aut resignandum alicui determinatæ personæ, quia talibus præbetur occasio, vel captandi mortem alterius, vel per illicitas aperendi sibi viam ad beneficia nondum vacantia, Rebuff. Laym. Sbroc. Pirh. Leur. g. 691.

§. 3. Potest beneficium vivente adhuc beneficiato incorporari, v. g. Monasterio, per hoc enim non fit provisio beneficii in actu, sed tantum in habitu, Laym. Leur. n. 2. Potest etiam Episcopus suo Vicario, & non alteri dare generalem commisionem conferendi beneficia, non tamen conferendi unum certum vacaturum, Caltr. Leur. g. 788.

§. 4. Regula 21. Cancellarie sic habet, *Si quis supplicaverit de Beneficio quocumque tanquam per obitum alicujus licet non vivens vacante providendi, et postea per obitum ejus vacet, provisio, & quævis dispositio etiam vigore alterius nove suspensionis vel gratie dicto supplicanti per obitum hujusmodi de novo faciende nullius sint roboris vel momenti.* Item regula 30. *Velut, et ordinavit, quod omnes gratias, quas de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis cum cura vel sine cura, secularibus vel regularibus per obitum quoruncumque personarum vacantibus in antea fecerit, nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum hujusmodi tantum tempus effluerit, quod interim vacationes ipsæ de locis in quibus persone predictæ decesserint, adnotantur SS. DD. Noverimiliter poterit pervenisse, et c.* Cum L. Donari, 29. ff. De donationibus, & L. ult. Cod. de pactis, omnis pactio vel promissio circa hereditatem viventi non consentiens rejiciatur tanquam repugnans bonis moribus, multo magis circa beneficia; unde qualescumque promissio beneficii necdum vacantis alicui conferendi est prius irrita & prohibita, ut dictum est n. 202. Nihilominus adhuc usum habent preces priuarie, uti dicitur a n. 569. Item coadiutor cum futura successione, uti dicitur a n. 718.

§. 6. Per expectativam intelligitur mandatum Papæ ad Ordinarium, ut hunc vel illum Clericum provideat de primo beneficio vacante: in Germania autem usus expectativæ sublatum est per concordata: imo Trid. sess. 24. c. 19. & sess. 25. c. 7. de ref. generatim & ubique abrogat omnes expectativas, etiam si accederet consensus Ordinarii, Barb. de jure Eccl. l. 3. c. 13. n. 10.

§. 8. Quavis Papa, secundum multos AA. adhuc possit absolute concedere expectativam, attamen non facit, Luca de Trid. d. 45. n. 1. Vide Leur. p. 2. q. 628. & segg. ubi etiam explicat, ad quæ beneficia se extendat expectativa, quænam ex pluribus concurrentibus sit præterenda, quomodo possit renuntiari, permutari, extingui, perdi, & signanter notat Paris. Garz. Leur. p. 3. g. 208. n. 3. si Papa mandet aliquem provide de primo beneficio vacaturo, non intelligi vacaturam ex permutatione; imo nec intelligi beneficium curatum, nec dignitatem, nec Canonicatum Cathedrali doct. Garz. p. 1. c. 6. n. 49. Caltr. p. 1. d. 1. p. 2. n. 10. Gratia autem expectativa expirat morte Papæ, re integra, & quando executoris deputati non sunt, Cap. Si super Deoff. delegati in 6. Cap. 1. si cui, De præb. in 6. Cabal. l. 2. c. 3. n. 20.

§. 8. Si quis habens tenem Præbendam, & cedens pinguem brevi vacaturam, sciat aliquem tertium obtinisse a Papa indul-

tum pro prima vacatura, ideoque suam resignet, ut hæc conferatur illi tertio, & ipse pinguem brevi vacaturam obtineat, hæc obtinere non potest, quia commisit fraudem, sed conferri debet expectanti Apolito, uti habetur c. 2. de Renunt. in 6.

469 Q. 61. *Quid Papa absolute possit & soleat facere circa Beneficia?* R. §. 1. Juxta Cap. Licet, 2. De præb. in 6. & c. 1. Si duobus, ut lite pendente habet Papa jus plenum & absolutum disponendi de omnibus beneficiis, Laym. Caltr. r. 13. d. 2. p. 13. n. 2. nec ullus Catholicus id negat, inquit Lott. l. 2. g. 22. n. 9. quia id imbitur in erectione & admissione omnis beneficii. Neque hæc potestatem potest esse nullam Concilium adimere aut restringere. Az. Lott. n. 23. Nec Papa ipse potest se potestatem illa privare, cum a Christo sit in bonam Ecclesiam alligata officio. Vide Leur. p. 2. q. 512. & dicenda n. 518.

470 §. 2. Papa potest providere de beneficiis, 1. Jure concursus, si quando vacat præsentium ad se pertinere, & alii conferat. 2. Jure devolutionis, si collatores aliquid negligit. 3. Jure præventionis, si antequam vacet, assignat alicui per expectativam. 4. Jure reservacionis pro certis casibus. 5. Simpliciter iure juris, si conferat illi, qui desert alium male ingressum. Leur. g. 513.

471 §. 3. Papa potest, si velit, concurrere cum quocumque, non attempto jure etiam conjunctum patroni, secundum dicta num. 357. Si tamen aliqui iudice probet, se prius ab Ordinario possessionem habuisse, et manutenendos, Gonz. Luca, Caltr. n. 4. Less. in Auct. v. Beneficium, cap. 4. Vide dicenda n. 546. Quod si Papa præveniat in quatuor mensibus de jure concelsi Ordinario, sciens esse mensum Ordinarii, prævalat provisio Papæ, quavis non exprimat se juri Ordinarii derogare, concedendo enim litam facultatem generalem non censetur sibi eripuisse potestatem faciendi alicui gratiam specialem: Si autem faciat in sex mensibus alternativæ concessæ Ordinarii, Garz. Ricc. Barb. & alii dicunt adhuc prævalere provisionem Papæ, quavis expresse non deroget, sed Felin. Gonz. Zerol. Caltr. alique dicunt provisionem Papæ censeri debere profectam ex errore, quo putaverit provisionem ad se pertinere, quia specialis gratia non debet censeri revocata, nisi expresse fiat mentio, Caltr. p. 14. Luca de Benef. d. 23. n. 4. & d. 18. n. 12. Sed Chok ad Reg. 8. Cancell. in proom. n. 16. dicit non esse quidem absolute opus, ut expresse meminerit, attamen opus est, ut ex ipsa supplicat & gratia clare pateat nullo alio, quam præventionis titulo, æque voluisse, ut si narret beneficium vacare in mensum Ordinarii, & Papa dicat se illud conferre. Vide Leur. g. 513. & segg. An autem Papa possit concurrere, vel preveniendo derogare Concordati Germaniæ, dicitur a n. 518.

472 §. 4. Papa communitur non utitur jure concursus vel præventionis, ne Episcopi conquerantur, & ratio datur Can. Pervenit, cap. 11. q. 1. Si qua unicusque Episcopo jurisdictioni non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticis custodari ille ordo debet, confundatur? hinc pluribus probat Gonz. ad Reg. 8. Cancell. in proom. §. 4. ob multa incommoda non esse honestum, ut Papa id faciat, ideoque in dubio non præsumitur voluisse facere, Chok supra, quod maxime valet, si de hac preveniendi intentione nullam faciat mentionem, Vide Leur. g. 599. n. 6.

473 §. 5. Az. Garz. Luca. Pirh. Leur. g. 512. & 321. putant Papam juxta Cap. Que in Ecclesiis, de Constit. posse ex alta potestate cuius, etiam sine causa, adimere beneficium, sed contradicunt alii cum Less. De Just. l. 2. c. 74. n. 3. putantes Papam esse tantum supremum Dispenstatorem beneficiorum ad utilitatem Ecclesiæ, & non absolutum dominum, sicuti est tantum supremus administrator bonorum Ecclesiæ, uti tenent Nav. & Dicit. de Just. l. 2. t. 3. n. 342. imo quavis premititur cum Menoch. Pirh. Lott. l. 2. g. 22. n. 11. esse absolutum dominum beneficiorum, tamen dicunt, si semel contulerit, acquiri jus etiam contra ipsum Papam, ita ut sine causa illo privare non possit, ut si dominus rem suam donarit, donatarius sic acquirat jus, ut sine causa tolli non possit.

474 §. 6. Probabilius est contra Suar. Vaq. & alios apud Barb. De jure Eccl. l. 1. c. 1. Papam non tantum peccare, si disponat de Papatu, & constituat fibi successorem, sed etiam id non posse, quia respectu Ecclesiæ habet se sicuti vir ad uxorem, vir autem non potest uxori ponere successorem virum: deinde nec ante mortem possit illi successore conferre jus, alioquin darentur simul duo capita in Ecclesia, nec post mortem, quia tunc non est.

475 Q. 62. *Quid addendum sit circa vice alternative conferendi per mensur?* Resp. §. 1. Præciscendo a specialibus Concordatis, de quibus dicitur a n. 302. Papa, ut ad residendum alliceret Episcopos, 4. mensibus nempe Martio, Junio, Septembri, Decembri, quorum provisionem jure communi habebant Episcopi, adject per Reg. 8. Cancellarie duos, ita ut jam alternativa possint providere, Papa quidem in Januario, Martio, Maio, Julio, Septembri, Novembri, Episcopus autem in Febuario, Aprilii, Junio, Augusto, Octobri, Decembri, & hæc gratia dicitur alternativa.

476 §. 2. Ad alternativam habendam ante omnia requiritur, ut Episcopus per litteras patentes subscriptas in diocesi fuerit, sigillatas, missas ad Datarium, hanc alternativam acceptat, & hoc lit adnotatum Romæ, tum enim censetur approbata, Caltr. p. 13. d. 2. p. 23. §. 4. n. 2. Luca de Benef. d. 95. num. 2. Et ex tempore adnotacionis illius habet Episcopus jus alternativæ, & cessant 4. mensibus ordinari: attamen licite non utitur hoc jure ante notitiam adnotacionis, nisi provideat sub conditione, quo tamen causa provisus non poterit capere possessionem, nisi acceptata notitia, Garz. Caltr. Cor. Leur. p. 3. g. 577. 578. Quod si idem Episcopus habeat duas Ecclesias, five divitas, five etiam æque principaliter unitas, & acceptet

sub nomine unius, non ideo acceptat sub nomine alterius, Gonz. Leur. Luca. g. 579. Si autem hic scribitur & adnotetur, Cajus Episcopus hujus, & illius Ecclesiæ acceptavit alternativam, præsumi debet acceptasse pro utraque, Luca n. 20. & d. 19.

§. 3. Ut competat alternativa, requiritur præterea Episcopi 477 residencia, neque hic juvat ulla causa etiam iustissima absentia, nequidem si extra diocesim deseruit Sedi Apolito. Addunt cum communi Garz. Castrop. §. 2. n. 2. Leur. g. 572. n. 2. quavis ex iusta causa abesse etiam ad duos dies tantum, si tamen interea vacet beneficium, eum non gaudere privilegio, licet toto mense adfuisset, sed requiri residenciam actualem, quando incipit vacare Beneficium, & ita resolvit Rota; hinc Gonz. ad Reg. 8. Gl. 47. n. 14. & 144. & segg. late probat, memorto, quo cessat residencia, etiam cessare jus alternativæ. Idem dicunt Garz. & alii cum Leur. quavis abesse timore mortis, vel violentia impeditus, contradicunt tamen in hoc Gonz. Quod si ablit tribus mensibus, Trid. Sess. 23. c. 1. De Res. concessis, Garz. p. 5. c. 1. an. 461. & Cor. l. 3. c. 6. a. n. 41. dicunt ex declaratione S. Congregat. non gaudere alternativa prolixis mensibus. Et hæc quidem residenciam requiri animo constanter residendi, & satisfaciendi suo muneri, non autem ex alta causa, neque affectata pro illo tempore, docent Lott. & Luca, quavis alii cum Gonz. Garz. Leur. n. 7. merito tantum requirant veram actualem residenciam præciscendo ab intentione.

§. 4. Hæc residencia debet esse in ipsa formaliter Diocesi Episcopi, nec sufficit esse in loco etiam vicinissimo, quia concessio dicit, apud Ecclesiam, sicuti nempe pastor debet esse apud & inter oves, Barb. De off. Ep. all. 52. n. 4. Imo Garz. & Castrop. putant contra Gonz. & Cor. non sufficere, si sit in loco exempto intra diocesim, nisi ibi esset ad exercendam jurisdictionem extraordinariam: admittunt tamen satis esse, si sit in loco iure jurisdictionis ordinarii, quavis extra terminos diocesis suæ, Vide Leur. n. 8.

§. 5. Si Episcopus non residet initio, aut acceptet alternativa 479 tivitam post initium mensis, toto mense non fruatur privilegio, quia mensis semel Apolitoque semper est talis, Barb. Luca. g. 19. n. 5. Lott. l. 2. g. 40. a. n. 54. contra Gonz. Garz. Caltr. n. 6. Si autem residet initio mensis, & non postea, hoc tempus sequens esse Apolitoque, Luca n. 9. & 18. Valide tamen contulit per tempore habita, quo residet, Vide Leur. n. 5. & 6.

§. 6. Alternativa conceditur solum Patriarchis, Archiepiscopis, & 480 Episcopis, non autem inferioribus Prelatis, nec Cathedrali Capitulo, Gonz. Garz. Castrop. Luca, Leur. g. 570. Estque pro solis beneficiis libera condicione ad eos pertinens, quæ scilicet non conferuntur per presentationem, electionem, simultaneam collationem, consilium vel interventum alterius, Gonz. Garz. Caltr. Chok. Leur. g. 581. & ideo n. 333. dixi alternativam non habere locum in patronatu mitto, licet locus Ecclesiasticus per vicem suam præsentet: attamen habet locum in beneficiis, quæ conferri debent certæ familiæ, vel certo generi hominum, verbi gratia Nobilibus, Gonz. Garz. Luca; Item in curatis & parochialibus, Leur. supra, quavis Papa in his diffimulet, saponem omnia conferri per concursum. Item alternativa extendit se ad illa, quæ spectant ad simultaneam collationem Episcopi & Capituli, postquam diversimodam collationem per turnos vel menses, uti explicat Leur. g. 582.

§. 7. Qui acceptavit alternativam, non amplius potest provi- 481 dere beneficia vacantia in Martio & Septembri, quia jam sunt reservata Papæ; neque in Episcopo potest esse alternativam acceptatam dimittere, Caltr. Leur. g. 572. n. 4. & g. 580. n. 3.

§. 8. Si tamen istis duobus mensibus non residet, putant aliqui cum posse providere, cum careat gratia alternativam, sed adhuc oppositum tenent Caltr. & Luca. Imo quavis Episcopi dicantur fixe retinere Junium & Decembrem, ideoque patent Garz. Barb. Caltr. Pirh. Episcopus, etiam si acceptavit alternativam, retinere illos, quavis non residet, tamen multis contradicunt Gonzal. & Lott. g. 41. n. 38. quia privilegium juris communis ad providendum in illis mensibus mutatum est in gratiam alternativæ, quæ illos duos menses æqualiter cum aliis comprehendit ac reservat, nisi residet. Vide Leur. qu. 567. & 568.

§. 8. Si Cajus sit provisus a Sede Apolitoque, quia Episcopus 482 negatur residisse, & Titius ad Episcopum, qui dicitur residisse, Titio incumbit probare, quod Episcopus residet, quia vult gaudere privilegio residentia: ergo debet hæc probare: neque ejus præsumit Episcopum semper esse ac personaliter residere, cum sepe habeat causas absentia, Garz. Gonz. Caltr. Luca. Leur. g. 574.

§. 9. Alternativa cessat, 1. Per mortem Papæ vel Episcopi 483 itant non trahatur ad successorem: 2. Si Episcopus transeat ad aliam diocesim: 3. Si Episcopus declaratur se immisisse in mensibus Papales, aut impediisse provisionem Papales: 4. Si Episcopus renuntiat, & renuntio sit acceptata a Papa, Castrop. §. 5. n. 3. Notant autem Gonz. Garz. & alii, si Episcopus ex ignorancia probabili provideat beneficia reservata, non amittere alternativam, quia hæc pæna supponit gravem culpam. Vide Leur. g. 583. & segg.

§. 10. Pro urbe Coloniensi sic habent Concordata, ut cum 484 Papa alternet, non Archiepiscopus, sed singula Capitula, quæ habent Februariam, Aprilis, Junium, Augustum, Octobrem, Decembrem; Papa vero fixe menses suos transcripserit partem Archiepiscopo, partem Universitati, itant hic etiam alternet, & Archiepiscopus habeat Januariam, Majum, & Septembrem, Universitas autem Martium, Julium & Novembrem, in quibus Canonicatus & Vicarias per mortem vacantes conferunt Rector Magnificus, quatuor Provisores & quatuor Decani, & hæc Præbendæ dicuntur tertæ gratia; deinde in singulis Capitulis est una certa Præbenda, quæ dicitur secundæ gratia, quam

zale Capitulum semper confert in quocumque mense vacet : preterea in Cathedrali & aliis undecim Collegiatis est alia certa Præbenda, quæ dicitur primæ gratiæ, que in quocumque etiam mense vacet, semper confertur ab Universitate, id est, a Reihore Magnifico, & quatuor Provivoribus, omnes autem qui ab Universitate providentur Præbendæ tertie vel primæ gratiæ, debent esse saltem Magistri in artibus, & postea consensu Præbendam tertie gratiæ debet confirmari a singulis Pontificibus, & quandoque confirmatur tantum ad aliquot annos: potestas autem conferendi. Quoad potestatem resignandi præbendæ est stabilis & perpetua. Quoad potestatem resignandi præbendam primæ gratiæ, obligationem docendi, aliisque videri debet Indultum Innocentii XII. datum 29. Oct. 1698.

483. Q. 63. Quid mandatum sit circa tempus, quo incipit mensis Pape vel Ordinarii? R. §. 1. Initium novæ diei de jure communium incipit a media nocte L. More Romano, ff. de feriis, l. Confultus, De off. deleg. Nav. Tirap. Gonz. Barb. Garz. Caltr. Confultus, l. 13. d. 2. p. 22. n. 1. Tempus autem mensis sumi debet secundum Calendarium, & tempus horæ mediæ noctis attendi debet non præter propter, sed, quantum fieri poterit, de momento ad momentum, civiliter & more Ecclesiastico, per designationem horologii, sicuti dictum est l. 1. a. n. 582.

486. §. 2. Tum est, v. g. duodecima noctis in æstimatione Ecclesiæ, quando fontus primus & quatuor quadrantibus ante signa ipsius horæ, quia quando rota incipiunt volvi pro sonando primo idu, jam secundum tempus adit hora, ut periti artifices fatentur, & docent Sanch. Barb. Garz. Caltr. Schild. de Conf. t. 6. c. 4. §. 1. Gob. in exp. t. 4. n. 274. Nicol. t. 1. d. 12. §. 3. Leur. p. 1. q. 561. n. 2. idem enim illi volunt manifestare horam præsentem. Putant quidem Bress. Leand. Dicailli. Narbon. Palg. Gonz. Carden. in i. crisi. d. 26. n. 73. & alii apud Diam p. 10. r. 13. R. 45. probabile esse, quod hora duodecima necdum censeatur adesse moraliter & civiliter, nisi dum auditur duodecimum pulsus horæ, tum quia aliquoties cum primo motu rotæ jam fuisset duodecima, quodammodo est veluti tellis, qui aliquid loquitur, tum etiam quia horologium est veluti tellis, qui aliquid loquitur, donec propositionem suam integre edixerit, prolati etiam ultimis verbis: ergo licet horologium per primum pulsam denotet aliquam horam esse completam, tamen non notat, quæ aut quæ sit illa, donec ultimus pulsus accesserit: sed R. Cum primo motu rotæ adesse horam, sed nescimus adesse nisi ex pulsu. Ad alteram rationem est disparitas, quia tellis loquens potest per extrema verba modificare vel explicare totum priorem sententiam, quem elocutus est, horologium autem loquitur prius per ultimum simul pulsam: at tamen ab initio invariabiliter manifestabat totam illam horam præsentem: si tamen in horologio esset ius campanarum, hic est ante horam.

487. §. 3. Si unicum esset horologium, quod ordinarie aberrat, non est habenda ejus ratio, sed ex aliis indicis colligendum est medium noctis: horologia enim, quæ negligenter diriguntur, non habent vim opinionis probabilis, sed sunt veluti homines non digni fide, quia sciuntur fæce mentiri. Caram. Gonz. 275. E contra si sint plura horologia ordinarie bene directæ, aliqui putant standum esse horologia parochiæ defuncti, alii illo, quo populus communiter diriguntur, alii dicunt, si plura sint quam duo, standum pluribus numero & communiter certioribus, ut contingit in tellibus, vide Nicol. §. 4. ubi notandum est, vel ex cursu siderum, vel ex judicio prudentum. Garz. Barb. Caltr. Ex galli autem cantu vis aliquid certi colligi poterit, cum mutet tempora, nisi per experientiam aliud sciretur, poterit tamen fieri præsumptionem, maxime pro Ordinario, si adversarius oppositum non probat, Gonz. Garz. Caltr. Leur. q. 561.

488. §. 4. In dubio invincibili, an beneficium vacaverit in Pape vel Ordinario mense, ut si beneficiatus invenitur ultima nocte Decembris mortuus, standum est, pro Ordinario, quia de jure communi spectat ad hunc provisorio, Cap. Ex frequentibus. De Instit. & reservatio non presumitur, utpote odiosa, Garz. Corr. Gob. Nicol. Leur. p. 3. q. 15. Quod si uterque provideat, & nesciatur, quis prior, nec alteruter provisorium sit in possessione, adhuc præferunt provisorio ab Ordinario, quia pro hoc præsumitur, Gonz. Caltr. Leur. p. 2. q. 562. n. 3. dicuntque idem Garz. Barb. Caltr. Nicol. Leur. contra Gonz. licet quis prius esset provisorio a Papa, jamque haberet possessionem, quia Papa voluisset providere vi reservationis, quæ hic in dubio non habuisset locum; aliud autem est, quando agitur de jure concursus seu præventionis, uti dicitur n. 578.

489. Q. 64. Quid præterea sit addendum circa reservationem Papalem? R. leq. §. 1. Reservatio est interdictum Pape, factum inferiori circa unum potestatis disponendi de beneficio. Quomodo autem distinet ab affectione beneficii per appointmentem manu Pape, dicitur n. 521. Porro hic notandum obiter, ante hac ad Episcopos spectasse omnium beneficiorum collationem, & circa tempora Joannis XXII. sub anno 1216. incipient reservationes hac occasione, quod ad preces Pape & ejus Officialium Episcopi darent beneficia, sicut paulatim plura sibi reservavit Papa. Vide Luca in Relat. Curie d. 9. n. 1. & de Benef. d. 1. & leq.

490. §. 2. Reservatio est vel generalis, quæ ad plura beneficia se extendit, vel specialis, quæ est tantum de uno certo beneficio. Item alia dicitur clausa in corpore juris, nempe in aliquo ex libris 6. Decretalium vel Clementinarum; alia extra corpus juris, quæ continentur in Extravagantibus aut Regalis Cancellariæ. V. Leur. p. 2. q. 524. & leq. Dividitur etiam reservatio in localem, quæ oritur ex vacatione per obitum in loco, v. g. Romæ: Realem, quæ oritur ex re ipsa, id est, ex ipsa beneficii qualitate, uti in Germania sunt prima post Pontificalem in cathedralibus, & prima dignitas in collegiatis: Resul-

tantem ex tempore, quia nempe vacatio incidit in mensem vi alternativæ reservationum Pontifici; Personalem, quæ oritur ex persona, cujus obitu vacat, uti quæ erant familiaris Pape. §. 3. Videtur unica esse reservatio clausa in corpore juris, c. 491. Licet, c. 2. c. Statutum, 3. c. Presenti 24. De prob. in 6. quæ reservatur beneficia vacantia in Curia Romana: Curia autem Romana dicitur, ubi Papa cum Collegio Cardinalium habet sedem, ubi notat Lotz. l. 2. q. 27. qui cum Gl. Simon. Mandos. pro eodem habet beneficium vacantem in Curia Romana, & apud Sedem Apostolicam, quia c. Licet, cum Pontifex prius dixisset nemini licere beneficia apud Sedem vacantia conferre, mox subdit, nisi ei super conferendis essidem in Curia Romana vacantibus specialis auctoritas ab ipso Pontifice sit attributa; sed ita distinguunt Gomez, Covar. Caltr. t. 13. d. 2. p. 16. n. 2. qui eam vacationem solum vacantem apud Sedem, quæ contingit per obitum in Curia, reliquas autem omnes vacationes, quarum provisorio est apud Papam, dicunt non esse proprie apud Sedem, sed tantum in Curia. Idem notat ex aliis Engel. l. 3. r. 5. n. 9. hinc inferunt Rebuff. Barb. de off. Ep. alleg. 57. n. 24. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 13. n. 65. eum, qui habet indultum conferendi vacantia extra curiam, posse conferre reservata per Extrav. & Bullas, ideoque excludi tantum vacantia per obitum in Curia. Vide etiam Leur. p. 1. q. 174. Nos hic sumemus pro eodem: itaque beneficium tum vacant in Curia, si quis moriatur in loco, ubi est Papa vel ejus curia, aut saltem in loco curiæ vicine intra duas dietas locales, quarum dietarum qualibet continet 20. leucas vel milliaria Italica, uti ostendit Caltr. supra, milliaria autem unum quandoque habet mille passus. Vide Leur. p. 2. q. 529. & seq. ubi q. 534. recenset exceptiones ab illa reservatione.

§. 4. Sub eadem reservatione cadunt beneficia illorum, qui sunt Officiales five Curiales Pape, quocumque loco moriantur, quia ratione officii censentur tempore affixi Romæ. Vide Leur. q. 526. 527. Quoad ad familiares attinet, docet Caltr. p. 19. n. 11. ut hæc reservatio locum habeat, non est necesse familiaritatem durare aliquo determinato tempore, quocumque enim tempore etiam breviter duret, si eo durante receptum vel habitum sit beneficium, sufficit, ut reservatum maneat, Garz. p. 5. c. 1. n. 177. Barb. n. 113. Addunt recte, quantum est ex vi regularum Cancellariæ, beneficia non liberari ab hac reservatione, esto per obitum Pape, vel Cardinalis, aut alia via ab eorum familiaritate discesserit, quia ita cavetur in dictis regulis, ubi dicitur, Etiam si ab officio familiaritatis recesserint, & comprehenduntur extra Officialia, seu Curiales titulares, five honoris, uti habet Reg. 7. V. Barb. tota fere alleg. 57. & Leur. q. 543. & leq. Quamquam autem officia, & beneficia officialium non subjacent his reservationibus, explicat q. 556. & leq.

§. 5. Papa debet beneficia vacantia in Curia conferre intra 40. dies mensem a die vacationis, aliqui quidem redeunt ad Ordinarios collatores, atque si reservatio non fuisset, c. Statutum. 3. De prob. in 6. Zerol. Garz. Chok. Barb. Nicol. t. 1. disp. 11. §. 4.

§. 6. Etiam reservatur beneficia in pœnam delicti, 1. Ob hæresim. 2. Ob simoniam. 3. Si in collationem parochiæ neglecta sit forma Trid. 4. Si neglecta sit publicatio resignationis. 5. Si quis moleste litigantibus in Curia Romana eorumque Judices, Advocatos &c. Si ex potestate conferendi a Papa concessa, beneficium conferatur inhabili. 7. Si quis se pro alio supponat, examini offerat penitentem pro obtinendo beneficio, beneficium impetret alteri pro competitione, beneficium sibi impetret cum intentione resignandi, vide tamen que n. 859. dicimus. 8. Si beneficia perdantur ob non relationem habitus clericali. 9. Si provisorius per Cardinalem non obtineatur novam provisionem. §. Sede, extra montes intra 4. menses, ultra montes intra 8. menses. Prærequiritur tamen in his omnibus declaratio delicti. Vide Caltr. p. 24.

§. 7. Indultum ad conferenda beneficia reservata, non extenditur ad reservata duplici reservatione, nisi hoc exprimat, Alex. VII. apud Luca de Benef. d. 3. n. 8. Gonz. ad reg. 8. gl. 17. a. n. 81. & gl. 25. n. 23. Nicol. t. 1. d. 1. §. 17. Probabiliter tamen dicitur id tantum intelligi de indultis, qui illis dantur, qui ante reservationes non fuerunt ordinarii Collatores, Electores, vel Patroni, in illis enim habent indulta vim specialis tantum privilegii, ideoque ad duplices reservationes non facile extenduntur, sed censentur stricti juris, oppositum est circa illos, qui ante reservationes erant ordinarii Collatores, Electores, vel Patroni: hi enim per indultum restituntur suæ priori potestati, cui non obstat ullum impedimentum, Gonz. gl. 24. a. n. 24. & 68. Garz. p. 5. c. 5. n. 7. Nicol. t. 1. d. 8. Vide Steph. Card. c. 278. & 972.

§. 8. Beneficia suppatronatus Laici, vel militi non cadunt sub reservatione, Less. Leur. q. 117. & 118. Excipit Piaf. p. 2. c. 5. a. num. 10. si vacant in Curia, & Papa exprimat le juri patronatus derogare. Vide Gonz. gl. 18.

§. 9. Beneficium, quod nempe possidet jure, si moriatur, id est, qui solo facto possidet, cadit sub reservationem, dummodo hic possessor non fuerit violentus, vel intrusus, Gonz. gl. 15. a. n. 45. Leur. p. 3. q. 9.

§. 10. Si beneficiatus moriatur, v. g. 10. Januarii, qui est mensis Pape, & Papa moriatur 20. ejusdem mensis necdum facta Beneficia provisione, Episcopus autem post tres menses, Sede adhuc vacante consecrat Titulo, collatio est nulla, quia beneficium semel reservatum, etiam si superveniat Sede vacans, manet tale, usque ad dispositionem novi Pontificis, Gonz. Luca d. 24. Excipiunt aliqui beneficia curata, nec administratorum randa careant, de quo iterum plura habet Luca d. 25. Vide etiam n. 602.

§. 11. Reservationis Pontificis factis, si Papa feneat de beneficio reservato dispoferit, ideoque postea redit ad dispositionem ordinariam, uti omnes fatentur.

§. 12. Si beneficium fuerit in dispositione, & jure Ordinarii, quando dabatur in commendam, cessante commenda, manet juris ordinarii, etiam si vacaverit in Curia, vel aliqua alia affectione videtur reservatum Pape, Piaf. n. 8. alique.

quam ad dictam curiam redierit: in locis ultra duas dietas ab eadem curia, ut præmittitur, non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exeat ibidem) jam forsitan decesserint, vel impoterum eos contingit de medio submoveri, etiam nunc per obitum hujusmodi vacantia, vel in posterum vacantia: rursus Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus, Decanatus, Administrationes, Officia, Canonici, Præbendæ, & Ecclesiæ, ceteraque beneficia Ecclesiastica secularia, & regularia, cum cura, vel sine cura, quocumque, & qualicumque fuerint, etiam si ad illa persone consueverint, seu deberint per electionem, seu quemvis alium modum assumi, quæ promoti per nos, seu auctoritate nostra ad Parochialium, Archiepiscopali, & Episcopali Ecclesiarum, nec non Monasteriorum regimina, obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum nunc quocumque modo vacent, aut in posterum vacatura, nec non etiam per affectionem pacificam quoruncumque Prioratum, Dignitatum, Personatum, Officiorum, Canoniciatum, Præbendarum, Ecclesiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, seu auctoritate nostrorum litterarum immediate collatorum, seu conferendorum impoterum, præterquam si virtute gratiæ expectativæ affectio fiet; nunc vacantia, & in antea vacatura, plena super præmissis omnibus, & singulis cum fratribus nostris collatoribus præhabita, & matura deliberatione secuta, ordinationi, dispositioni, ac provisioni nostræ de ipsorum Fratrum consilio auctoritate Apostolica reservamus: ad decedentes ex nunc irritum, & inane, si secus super præmissis, & quolibet eorum per quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerint tentari.

4. Item placet nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus etiam immediate non subiectis Ecclesiis, & Monasteriis immediate subiectis Sedi Apostolicæ fiant electiones Canonice, quæ ad dictam Sedem deferantur, quæ etiam ad tempus Constitutionis fel. record. Nicolai Pape III. quæ incipit, Cypriente, expectabimus, & elapso dicto tempore, si non presentate, vel si presentate, minus Canonice fuerint, providebimus, & si Canonice fuerint, eas confirmabimus, nisi ex rationabili, & evidenti causa, ac de dictorum Fratrum consilio, de digniori, & utiliori persona duxerimus providendum, proviso, quod confirmati prædicti, & per nos provisi Metropolitanis, & aliis præsentibus debita juramenta, & alia, ad quæ de jure tenentur, & in Monasteriis dictæ Sedi immediate non subiectis, & aliis regularibus beneficiis, super quibus per confirmationem, vel provisionem ad dictam Sedem non consuevit haberi recursus, electi sui illi, quibus providebimus est, pro confirmatione, & provisione hujusmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur, ipsaque regularia beneficia sub gratiis expectativæ non cadant: ubi autem pro Monasteriis ad dictam curiam venire, seu mittere consueverunt, non aliter confirmabimus, vel providebimus, quam superius de Cathedralibus Ecclesiis est expressum, & de Monasteriis Monialium non disponemus, nisi sint exempta, & tunc per commissionem ad partes.

5. De ceteris vero dignitatibus, & beneficiis quibuscumque secularibus, & regularibus vacantibus, ultra reservationes prædictas (majoribus dignitatibus post Pontificalem in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Ecclesiis exceptis) de quibus jure ordinario providetur per illos inferiores, ad quos alias pertinet, placet etiam nobis, quod per quocumque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacumque verborum forma, per nos, vel auctoritate nostra factam, vel faciendam, non impediemus nos, quominus de illis, cum vacabunt de Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris Mensibus, libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisorio, presentatio, electio, seu quavis alia dispositio pertinet, reservatione, aliave quamvis dispositione, auctoritate nostra factis, vel faciendis, non obstantibus quibuscumque. Quoties vero aliquo vacante beneficio in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris Mensibus specialiter dispositionis dictæ Sedi reservatus, non appareret intra tres menses a die nota vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apostolica auctoritate provisorio fuerit, ex tunc, & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinet, de illo libere disponere poterit, & ad finem, ut hæc ordinatio collationum Beneficiorum non reservatorum per alteros menses possit per dictam nationem publicari, & omnes, qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quoad dictam Sedem a Calendis Junii proxime futuri ipsa currere incipiet, & durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dictæ nationis aliter fuerint ordinatum.

6. Placet similiter nobis, quod circa provisionem dictæ Sedi ordinandam modis annatarum hoc modo currat: de Ecclesiis Cathedralibus omnibus, & Monasteriis virorum duntaxat vacantibus, & vacantibus solvantur de fructibus primi anni a die vacationis summe pecuniarum in libris Camerariæ Apostolicæ taxatæ, quæ communia servitia nuncupantur, & si quæ excoffice taxatæ sunt, retaxentur, & quod provideatur specialiter in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum, temporum, & regionum, ne nimium prægraventur, ad quod petentibus dabimus Commissarios in partibus, qui diligenter inquirent, & retaxent: taxa autem prædictæ pro media parte infra annum a die habita possessionis pacificæ totius, vel majoris partis solvantur, & pro alia media parte infra annum sequentem, & si infra annum bis, vel pluries vacaverit, semel tantum solvantur, nec debent hujusmodi in successibus in Ecclesiis, vel Monasteriis transeire, & de ceteris vero Dignitatibus, Personatibus, Officiis, & beneficiis secularibus, ac regularibus quibuscumque, quæ auctoritate dictæ Sedi conferuntur, vel de quibus providebitur præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut causa permutationis solvantur annate, seu medi fructus juxta taxam solitam a tempore possessionis intra annum, & se-

AD SACRAM PETRI SEDEM DIVINA DISPOSITIONE SUBLIMATI, SINGULIS, QUAE PER UNIVERSALIS ECCLESIE UNIONE, AC PACE, & TRANQUILLITATE PROFUTURA CONSPICUIS, APOSTOLICE PROVIDENTIE SOLICITUDINE LIBENTER INTENDIMUS, & AD FELICEM EORUM PROSECUTIONEM, & CONFIRMATIONEM OPERI, & OPERAM IMPENDIMUS EFFICACES.

1. Nuper siquidem Charissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alii dilecti filii Ecclesiastici, & seculares Principes inclite nationis Germanicæ ex maxima, ac dilectis filiis nostris Joannes S. Angeli Diaconus Cardinalis in partibus illis Apostolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienter deluserat a nobis, & Sede Apostolica auctoritate suffultus, ex alia partibus, Romanæ Ecclesiæ, & dictæ nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiæ unione, & pace, & tranquillitate inter Ecclesiam, & nationem prædictam perpetuo solidandis, & conservandis, diversa rationabilia, & utilia, ordinationes, & statuta, a partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata, & Concordata fecerant, ac eisdem, nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro firmitate eorum subfinitate robur Apostolicæ firmitatis adijcere, necnon auctoritatem potiore, & decretam interponere dignaremur.

2. Nos itaque, qui statuta, ordinationes, & Concordata prædicta per nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis, & litterarum viros diligenter examinari, & discussi fecimus, eaque rationabilia, & salubria tam Ecclesiæ, quam nationi prælate fore compertimus, de dictorum, & aliorum Venerabilium Fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & presentis scripti patrocinio communimus, juxta modum, & formam subseqentes:

3. Placet nobis super Ecclesiis, & beneficiis Ecclesiasticorum quoruncumque provisionibus, uti juri scripti reservationibus, & Execrabilibus, & ad Regimen Constitutionibus modificatis, ut sequitur. Ad regimen Ecclesiæ Generalis, quamquam immeriti, superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideris, ut debeamus, quod per nostre diligentie studium ad quamlibet Ecclesiarum, & Monasteriorum regimina, & alia beneficia Ecclesiastica juxta Divinum beneplacitum, & nostre intentionis affectum vires affumant idonei, qui præsentis, & profuturi committendis eis Ecclesiis, Monasteriis, beneficiis prælibatis: præmissorum itaque consideratione induci, & suadentibus nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigis inherentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesiis, & etiam Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus, & Officia, necnon Canoniciatus, Præbendæ, & Ecclesiæ, ceteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, secularia, & regularia, quocumque, & qualicumque fuerint, etiam si ad illa persone consueverint, seu deberint per electionem, seu quemvis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura, necnon per dispositionem, vel privationem, seu translationem, per nos auctoritate nostra factas, & in antea faciendas ubilibet, necnon ad quæ aliqui in concordia, vel discordia electi, sive postulati fuerint, quorum electio cessata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuntiata, & admissa auctoritate nostra extiterit, seu quorum electorum, seu postulantorum, & in antea eligendorum, seu postulantorum electionem cessari, seu postulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos, aut auctoritate nostra contingat apud Sedem prædictam, vel alibi ubicumque: ac etiam per obitum Cardinalium ejusdem Ecclesiæ Romanæ, aut Officialium dictæ Sedis, quamvis ipsa officia actualiter tenebant (videlicet Vice Cancellarii, Camerarii, septem Notarios, Auditores litterarum contradictarum, & Apollotici Palatii causarum Auditorium, Correctorem, centum & unius Scripitorum litterarum Apostolicarum, & viginti quatuor Penitentiarum prælate Sedis, & vigintiquinque Abbreviatorum, necnon verorum Commensalium nostrorum, & aliorum vigintiquatuor Capellanorum Sedis ejusdem in Epitaphio descriptorum) & etiam quocumque Legatorum, seu collectorum, ac in terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum, ac Thesaurariorum deputatorum, seu missorum hædentes, vel deputandorum, aut mittendorum impoterum, nunc vacantia, & in antea vacatura, ubicumque dictos legatos, vel Collectores, seu Rectores, & Thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint, seu venerint, rebus eximii contigerit ab humanis, necnon quorumbilibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis a dicta curia ultra duas dietas locales non distantibus jam forsitan obierint, vel eos in antea ab hac luce transire contigerit, ac etiam simili modo quoruncumque Curialium peregrinationis, infirmitatis, seu recreationis, vel alia quacumque causa ad quævis loco secedentium, si eos, ante



